



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX

In S. Annæ festo Paraphrasin in Epistolam vtî infesto B. Mariæ
Magdalenæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

T. VI
22

minus Iesus vnde abunde restituat nobis pro sui amore fugientibus temporarias vanitates, & suae obtemperantibus voluntati. Et si arduum est iter ad regna caelorum, tamen labor est breuis & merces infinita, quam nobis promisit qui non mentitur Deus, cui est laus & gloria in secula seculorum, Amen.

IN SOLENNITATE S. ANNAE MATRIS
beatissimae Deiparae virginis Mariae. Paraphrasin in Epistolam require supra in festo D. Mariae Magdalena, Exegesis in Euangelium quare in ferijs Conceptionis eiusdem Virginis Mariae.

SERMO IN EADEM SOLENNITATE D. ANNAE
matris Deiparae virginis Mariae encomium, quod certis panegyricis laudes & praeconia eius cum generatim tum specialim complectitur.

Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in partibus operum eius. Proverb. XXXI. Charissimi in Christo fratres, hodie ferias ad laudem, & gloriam & honorem D. Annae matris Deiparae virginis Mariae, cum summo cordis nostri gaudio agentes, celebramus, festiuamque memoriam eius illius, qua carnis soluta ergastulo, nobilis illius anima, cum tripudio ad caelos Angelorum obsequijs subiecta est, quo magis erga eam vestra inflammatur deuotio, vitae illius pariter & mortis à me encomium praestolamini, rem utique dignissimam, atque mea quidem sententia, haud minus dignissimam. Quis enim vnquam tam sanctae, tamque praeclarae mulieris laudes verbis assequi poterit? Quamobrem id quod barbarus ille Hieronymus Latinae linguae disertissimus, Hebraicae quoque & Graecae non triualiter doctus, quibusdam sermonem de ea poscentibus, respondit: Ego etiam in praesentiarum iure vobis optime respondero. Nepe quod de qua agimus, res est praecelsa, res praecleara, res omni laude digna. Haec est enim arbor bona, de qua virga excisa per se, diuinitus floruit. Haec est terra sancta, quae rubi ardentem, sed incombustum permanentem germinauit. Haec est caelum excelsum, de quo stella maris ad ortum processit. Haec est sterilitas fecunda, quae ab angelis est frequentata. Haec est benedicta inter mulieres, & mater inter matres beata, ex qua templum Domini, sacrarium Spiritus sancti, mater Dei mundo illuxit. Haec est illa supernae benedictionis terra, de qua caelestis sigillus ollam spei nostrae composuit beatam virginem Mariam, quae ex diuini roris imbre conceptum Dei verbum, humano generi protulit incarnatum. Haec est ille diuinus ager, balsamorum caelestium floribus circumseptus, ex cuius suauitate per omnes fines terrae, diffusus odor vitae emanauit, & in eo sponsum virginum myrrham suam cum aromatibus suis miscuit. Gloriosissima utique est mater haec Anna, Christi auia, & omnium quae solenni attollatur praeconio dignissima. Quamuis proinde grauis admodum haec prouincia mihi videatur, quam subire cogitis, vnde

Hieron.

Esai. 17.
Exod. 3.

Cant. 5.

tanta

tanta tamq̄ præclara & excelsa, nunquam satis laudãda matrona contione in medium vestri adferam, si tamen fretus diuini præsidij vobis morè gerere officij mei putabam. Ne igitur prorsus ileam in tanta copia laudum obiter, & quidem generatim pauca recensẽbo, quæ vitam eius omnem pariter & mortem reddere poterunt clariorem. Et quo felicius auspicari deur, resq̄ magis innotescat vobis, mox ab ipsius nomine matris exordiemur. Nam & illud virtutum atque gratiarum, quibus cæteris præstãtior noscitur, copiam insinuat. Porro, non abs re Anna, quod donum gratie interpretatur, appellata est. Quo nomine & si plures in quibus peculiare quoddam gratie donũ fuisse, ex diuinis eloquijs constat, cuiusmodi fuere Anna Samuelis de tribu Ephraim. Et altera Thobix vxor: Raguelis quoq̄ de tribu Nephthalin coniunx: Anna denique prophetissa filia Phanuelis de tribu Aser) hæc nostra tamen Anna eas genere prole & dignitate haud parũ præcellit. Prima enim uero prophetã à Dan vsque Bersabee cognitum genuit. Atque hæc nostra Anna, non modo prophetam, sed Deiparam virginem Mariam Domini prophetarum matrem nobis protulit. Anna Thobix consortem habuit virum, ad misericordix opera propensum, verũ hæc matrẽ misericordix, & totius consolationis genuit. Anna vxoris Raguelis filia dulcissima ab angelo Raphaelẽ nuptui traditur: atque huius Annæ filia virgo Maria angelo nunciante: consensumq̄ exigente, mox ubi paranympho caelesti Gabrieli annuisset à Spiritu sancto in eam superueniente, & virtute altissimi sibi obumbrante, concepit Filium Dei, saluatorem mundi ex se incarnatum. Quarta Anna vidua permanet. Verum hæc triouba licet ex castissimo matrimonio, quo amore prolis legi obtemperabat, tres dignæ propaginis matres ex tribus successiue maritis genuit filias, quibus singularis Maria nomen indidit, vt ex prole dignissima illustrior esset seu redderetur. Nobilis vtiq̄ genere fuit, quæ viro de regia stirpe Ioachim nupsit, & eius sororis nempe Hismerig filia Elizabeth Zachariæ sacerdoti in coniugem tradita fuit. Verum nobilior erat moribus, vt pote quam propriarum virtutum venustas summè decorat, vt in hoc ipso cunctis feminis præstet e-leemosynis, ieiunijs & orationibus sedulis, & quidem deuotissimis, quibus tandem obtinuit vteri fecunditatem diuino munere, quod naturæ negatum erat. Quæ cælitus nãta, supra naturæ decursum cunctis mulieribus celebriorem protulit partum, Dominam mundi, reginam cæli, hoc est, virginem Dei futuram matrem. In hac itaque muliere sanctissima, gratia super gratiã cæterarum mulierum quantumuis alias præclarissimarum Dei munere refulsit, ne quidem otiosum eius habeatur nomen, quod ex omni parte rei optime quadrat. Nonne iure optimo præcunctis mulieribus ampliori gratia diuinorum charismatum prædotata, quæ redemptoris mundi genitricem à se post longè sterilitatis opprobrium nascituram cum maximo gaudio & tripudio digna fuit concipere atq̄ huic mũdo in præcipuum solamen edere? Ad hoc siquidem Deus superbenedictus eam ab æterno procul dubio præelegerat, vt post filiam Deiparam, ipsa omnibus ab initio seculi ampliori sanctitatis munere cunctis præstaret feminis.

Quod vel hæc conuincendum reor. Porro quemcunque elegerit Deus ipse erit sanctus, quemadmodum inquit diuina scriptura. Cui gentium do-

Anna quid interpretatur.

1. Reg. 12.
Tobix 2.
Tobix 7.
Lucæ 2.

Anna mater Mariæ vt omnes cæteras Annas præcellat.

Lucæ 1.

Lucæ 1.

Annam tres genuisse Marias.

Anna quàm fuerit motibus nobilitis.

Anna vt genuit reginã cæli.

Anna vt cunctis mulieribus præstetur.

Numer. 16.

T. VI
22

Ephes. 1.

St. bilitatis
Anox causa
quæ facit.

Genes. 17.

Nepotuli An-
ne qui suc-
cint.

Iudic. 4. 5.

Anna se ili-
tatem pati-
enter sustu-
lit.

2. Cor. 1.
1. Reg. 4.
Abigail quid
interprete-
tur.

Et or, diuinus ille Paulus alludens, ait: *Elegit nos ut essemus sancti & immacu-
lati in conspectu eius in charitate, qui predestinavit nos in adoptionem filiorum per Je-
sum.* Si quidem ad altiore dignitatem predestinatos ampliore sanctitatis
gratia locupletavit semper: id quod nemo sacrarum literarum sciis ambigit.
Quis ergo inficiabitur Annam multa gratiarum copia cumulatorem factam
Deo optimo maximo, qui ipsam virginem filij sui ex filia ipsius carnem nos-
træ immortalitatis assumpturi auam predestinavit dulcissimam fore, ut
quo filius natæ cellior, eo genitricis mater gratiarum multitudine & alti-
tudine diuor nosceretur: Neque enim paruo (mea quidem sententia) benedi-
ctionis honore eam dignatus est altissimus. Quanquam enim uero de mul-
tis legamus præclaris mulieribus quas sacra scriptura ob singulares benedi-
ctiones mirum in modum sustollit ad caelos usque: his tamen Anna vel hæc
unica benedictione vteri suialio qui sterilis, illustrior reddita est, quod ma-
trem Dei gignere meruit. Saram quippe Abraham cõthoralem superat: Labi-
li præstat: Abigail ea inferior est: non hanc vlla benedictione Iudith æqua-
re potest: nec sexcentæ alia, quin gratiarum & celestium donorum mun-
eribus longè cunctis repletior sit. Saram utique benedixit Deus, quatenus iam
veterana & quidem nonagenaria, vtero hætenus in fecundo, iam ex ma-
rito centenaria Isaac non sine munere Dei susceptum, cum maxima vtriusq;
 lætitia genuisset. Cuius desideratissimi foetus perfecta Abraham patriarchæ
fides, & vnus Dei cultus causa fuit. At vero Anna sacratissima, fide sua &
obedientia, non iam prophetam aut filium alicuius vatis genuit, sed matrem
Domini omnium prophetarum concipere & parere meruit. Et nihilomi-
nus alijs post eam dignissimis prolibus, nempe Maria Cleophae vna, & alte-
ra Maria Salomæ, non infimæ dignitatis secundum carnem nepotes prop-
gavit Christi Saluatoris. Vt enim ex prima omnium dignissima filia Dei-
para vidit Christum Iesum mundi saluatorem Spiritu sancto conceptum,
ita ex altera quam Cleophae secundo post fata Ioachim marito genuerat, fi-
lia Alphæi vxore habuit nepotulos Iacobum, quem minorem vocat, Ioseph
iustum, Simonem Chananzum & Iudam, non illum Iscariotis Christi
traditorem, sed Thadzeum ut alias vocant.

Tertia denique eius atq; Salomæ coniugis sui postremi filia, Zebedæi autem
vxor Maria Iacobum maiorem & Ioannem Apostolum & Euangelistam genu-
it, ut multiplex hæc prole earumq; posteritate redderetur non parum illu-
stris, omni benedictione præ cæteris mulieribus clarissima. Non parum
est Iahelis præconiũ, quæ utique legitur inter mulieres benedicta. Nam ut
Saram, filiorum Israel hostem inimicissimum, multa constantia intere-
mit, ita & thorum immaculatam iuste ac fideliter seruans, hostem pudici-
tiz non absque diuina benedictione (sine qua castus nemo esse poterit) sup-
rauit. Verum hæc nostra Anna castissima, viginti ferme annis sterilitatis
opprobrium longanimitate præcipua patienter sustinens, non marito cul-
pam iniecit, non petulanter alium quaesuit virum, sed tacita secum mente
cogitauit hanc ignominiam æquo ferendam animo, donec Deus miseri-
cordiarum, & totius consolationis preces sedulo ad se clamantium admi-
teret. Rex Israel Daud potissimum benedixit pientissimæ mulieri Abiga-
il, quod delinuit furorem eius, ne ab inimico suo Nabal vindex mali fe-
ret.

se vleisceretur. Cuius nomen pater meus fortis interpretatum sonans, eos apte designat, qui operibus pietatis & misericordiae Christum ex semine Davidis progenerat, placant, ne ab hostibus seipsum vindicet: quin potius ad misericordiam inclinatus, fiat propitius peccatoribus, & opem ferat cunctis qui ab eo salutem praestolantur. Atque ut huius nostrae Annae historia enarrat, ipsa simul atque maritus pietate erga Deum pleni erant, totumque studium exercendis misericordiae operibus in pauperes & egenos impendebant, nec de tota substantia plusquam familiae vltibus necessarium fuerat, reseruabant. Opere quippe ostendebat haec mulierum praeclearissima, quam deuotam in corde gereret ad Deum optimum maximum affectionem, piisque suis visceribus quanta inesset ad proximum compassio, re ipsa compertum est. ubi diuitiae, quae alijs impedimento solent esse, huic foeminae liquet fuisse adiumento ad virtutes exercendas. Non enim rerum temporalium, quibus opulentissimi erant, auaritia detinebantur, quo minus modis omnibus de substantia quam eis Deus abunde donauerat, Deum honorarent, & proximorum necessitati largisua manu deseruirent. Hinc primum Dei ministris magna pietate primam omnium bonorum partem afferunt, quatenus iuxta diuini eloquii hortamen hoc ipso Deum omnium bonorum largitore agnoscentes, pro innumeris beneficijs (ut par erat) gratias agerent magnificas, exemplum imitandae virtutis quibusque praestituri, ne & ipsi in conspectu Domini (quod scriptura vetat) appareant vacui. Alteram autem partem in pauperum, peregrinorum, viduarum & orphanorum eleemosynas charitate sincera erogabant, vel eo potissimum, quod non ignorarent, quoniam *fiducia magna* (ut Tobias inquit) *erit carum summo Deo eleemosyna, omnibus facientibus eam.* Iustitia itaque eorum manet in seculum seculi. Sic ergo non parua pietatis benedictionem in hac sancta muliere fuisse, qua Abigaeli praestet, existimo. Nemo denique pro arbitrato sensus sui temere presumat Iudith viduam, licet castissimam diuinae etiam trinubae praeferre. Quamuis enim illa a pontifice audire meruisset, *Benedicta es tu filia a Domino Deo excelso, pra omnibus mulieribus super terram* &c. propter victoriam, aduersus inimicos dicta. Haec namque Holophernem proprio mucrone necauit, a Domino fortitudinem manus animique constantiam accipiens: Fuitque id quod ingenue fatemur, castarum mulierum, pudicitiae praeclearum exemplar: eo quod in virginitate quamdiu in hoc erat statu, mundani sese ab omni spurcitate lubricae carnis seruauerit, ac in matrimonio caste vixerit, & in viduitatis statu legitimi thori lege soluta, primam continentiae fidem Deo praestitam non irritauerit, sed manserit vidua, habens super lumbos suos cilicium, & ieiunans omnibus diebus vitae suae castitatis amore. Annam tamen ea nequam inferior censetur, quae caelestis paranymphe monitis a Deo consolationem in castissimo connubio accepit, se a sterilitatis ignominia liberandam quae & mox conceptura esset prolem, cuius filius vniuersae carnis hostem proprijs spiculis conficere. Si utique beatus Hieronymus audeat coniugium Abrahae cum virginitate Ioannis conferre, eo quod uterque horum suo temporis deseruiret, quare Annae castissimum matrimonium reprehensione dignum censetur, aut viduitate Iudith postponendum. Licet enim status viduarum suapte ratione non nihil matrimonij statui

Anna vii sub-
stantia suam
expenderit.

Exod. 314.

Tobias 4.
Esaia 33.

Iudith 11.

Iudith 11.

Iudith 1.

Hieroa.

præflet, non tamen propterea hoc coniugium ea ratione cōtractum, tali vi-
 duitate sequatur propterea esse inferius. Si cæteræ mulieres, ipsa natura
 steriles, postmodum cælesti dono fecundæ effectæ matres ex prolium
 quas celebriores, multoque sanctiores procrearunt, in sacris literis miræ
 in modum præ alijs commendantur, in quarum albo suere Sara coniunx
 Abrahamæ quæ Isaac patriarcham in quo omnes gentes benedicendæ erant,
 genuit: & Anna vxor Helcana, quæ Samuelis propheta Domini fidelis
 mater fuit: atque Elizabeth Zachariæ conthoralis, cui Ioannem Domini
 præcursorem protulit: quis mihi hanc infecundam multo tempore matro-
 nam satis commendare posset à prole Dei munere, cælesti benedictione
 susceptam? Anna enim hæc generosa domina, præ omnibus iure optimo
 specialis prærogatiuæ & dignitatis principatum obtinet, quandoquidem
 ipsa propagauit nobis Deiparam virginem, quæ postmodum virtute alis-
 simi obumbrata, à Spiritu sancto in eam superueniente, concepit & peperit
 vniuentum filium, qui nec aliunde patrem haberet in mundo secundum
 carnem, nec aliam matrem iuxta diuinitatem in celo. Hæc est igitur ma-
 ter verè gloriosa Anna super cunctas mulieres, post natam benedictam ad
 sidera vsque extollenda, summisq; laudibus semper prædicanda, quæ no-
 bis effudit vas diuinis charismatibus plenum, ac micantibus virtutum mar-
 garitis, vndequaq; exornatum. Mariam (inquam) virginem, vniuentum
 Dei genitricem, qui ex nimia ad genus humanum charitate, vestem in ea
 mortalitatis induit, quatenus suæ diuinitatis participes nos efficeret. Hæc
 radix itaq; est illa benedicta, quæ surculum protulit & virgam virginis ber-
 rem, super quam requiesceret spiritus almus. Virga utique illa, virgo Ma-
 ria fuit: flos autem filius eius in quo habitauit diuinitas corporaliter. Hic
 iam licet mihi commendes omnes à constitutione mundi præclaras, mul-
 tarumq; virtutum insignes mulieres, nulla tamen illarum fuit, quæ tanto
 dotaretur priuilegio, vt matrem Dei & totius consolationis pareret, quod
 solum huic nobili matronæ duntaxat peculiariter reseruatum est. Quæ ex
 nobili profapia propagata, ita virtutibus vitam omnem reddidit clariorē,
 vt in ea nihil desiderari possit, quod ad virtutum cumulum attineret. Ipsa
 siquidem simul, atque Ioachim dulcissimus coniunx, ambo iusti erant ante
 Dominum, non suam facientes iustitiam, & ab hominibus videri cupo-
 nentes: in mandatis quoque Domini, quæ strictissimè obseruabāt, ambulantes,
 facere studebant omnia quæ præceperat eis in lege Dñs. In templo confite-
 bantur Domino, gratias agentes, ac peccata sua, si qua commisissent ex hu-
 mana fragilitate, sacrificijs abluentes. De substantia Deum honorabant, &
 pauperes largis elemosynis reficiebant. Inter hæc, voti emissionem speran-
 tes ignominiam sterilitatis leuandam, non ad vanas fallacesq; discurrerunt
 mulieres, vana tollendi opprobrij consilia petentes, sed fructum ventris
 quem Dei beneficio obtinere mereretur, diuinis mancipandū obsequijs vni-
 uersi consensu sponderunt. Quam fidem, voti compotes effecti absque
 cunctatione, vt par erat, exoluerunt, filiam in templo Domino sistentem.
 Deus proinde qui nunquam deserit sperantes in se, & cui semper placuit
 humilium deprecatio, misericorditer eorundem admittens preces, consol-
 labatur eos angelo destinato, qui futuram filij Dei matrem ex ipsis nate-
 turam.

Genes. 17.
 Genes. 22.
 1. Reg. 2.
 Lucæ 1.

Lucæ 1.

Anna quæ
 laudum præ-
 conio sic ex-
 tollenda.

Anna vt sit
 radix. Maria
 vt sit virga.
 Christus vt
 sit flos.
 Coloss. 2.

Tarentum B.
 Moix fan-
 & his quæta.

Annæ vita &
 consecratio
 quam laudat.

Judith 2.

turam, promitteret. Cuius rei promissa ambo accipientes certum ac indubitatum signum, mutuo sibi Hierosolymis in aurea porta occurrunt, simulque cum gaudio domum reuertuntur, legitimis honesti matrimonij amplexibus in omni pudicitia inseruientes, donec promissum conciperet Anna foetum. Quae interim agnoscens se sub viri legibus constitutam, eisdem in omnibus vltionea obediebat, & perpetuas simul Deo pro tanto beneficio gratias agebant, donec Ioachim debitum carnis exoluens, cum patribus obdormiens in pace requiesceret. Quo apud Nazareth in sepulchro patrum suorum recondito, Anna luctus transactis diebus, diuinæ legis obsequutura mandatis, spe concipiendæ, qua caruit masculæ prolis, Cleophae prioris mariti germano nupsit, vt ille ex se semen fratri mortuo suscitaret, atque ab eo filiam alteram suscepit. Quamobrem & tertio nupsit viro, quando dira fata secundum eadem abstulissent. Nam Salomas, mortuo Cleopha, Annam duxit in vxorem, cui tertiam genuit filiam, quam nomine priorum quoque Mariam appellauit: quæ à patre Maria Salomæ dicta est: à filio autem suo Iacobo Ioannis Euangelistæ germano, quos Zebedæo coniugi suo genuerat, nonnunquam Maria Iacobi nuncupatur. Nec hic causeris Annæ libidinem, vel impudicitiam, quasi veterana trinitium admiserit. Enimvero quadragesimum nondum excessit annum, quando Salomas eam duxit vxorem, qua ætate adhuc florida, & ad concipiendum apta, absque piaculo, generandis prolibus operam, in laudabili & honesto matrimonio nauare poterat: Non tam libidinis funesto ardore, quem angelica (vt eius historia recenset) præmonitione, iuxta ritum & consuetudinem illius legis id agens. Hoc quippe lex iussit, hoc exemplar similis facti suauit. Si namque grauis pœna manebat fratrem, qui nolisset defuncti fratris ex relicta vxore semen suscitare. Si Thamar prolis amore sub meretricis habitu sese socero Iudæ insinuauit, vt ab eo conciperet, cuius filij insecundam eam reliquerant, quis calumniabitur Annam, quæ absque omni controuersa nondum quadragesimum quartum egit annum, quod post prioris mariti Ioachim fata, atq; obitum germani illius Cleophae, à quibus masculam prolem non suscepisset, voluit ad tertias etiam transire nuptias, donec, si possibile foret, masculum generaret? Verum, quia in terris Deo seruans non ex omni parte ad votum illi cuncta cesserunt, tandem apud Deum melioris muneris quiddam acceptura, ad cælestia euocatur regna. Nam hodie agemus diem per celebrè memoriæ eius (id quod prælibauit) qua gloriosa hæc genitricis Dei parens, ad æthera angelorum ministerio, atq; perpetuis gaudijs nepotulo beatificanda, in cælesti gloria sublimatur, & vt D. Hieron. de ipsa inquit, paradysus voluptatis in terris effecta, ad portas cælestis paradysus perducitur: vbi à Domino corona gloriæ in manu Domini, & sermo exultationis perenniter coronatur. O quali tripudio, omnem istam cælestem Hierusalem credendum est ineffabiliter exultasse, quædo Anna gloriosa verbi incarnati auia, sibi occurrentibus omnibus cælestis curiæ ordinibus ad æthereum thalamum est deducta. Vbi mater gloriosa fructu suauissimo laucatur, & regem gloriæ cordis oculo limpidissimo delectabiliter contemplatur. Ibi eius auditui semper datur gaudium & lætitia, cum sibi à tota Trinitate dicuntur verba mellisua, omni iucunditate plena. *Date ei de fructu manuum suarum. 1. salm. 90.*

Anna cælitus promissum accipit.

Ioachim mors sancta.

Anna secunda & tertio nupsit quam bonitate nuncupatur.

Maria Salomæ quæ fuit. Mat. 27. Marc. 6. Luc. 23. 4.

Deut. 25.

Gen. 18.

Anna quomodo mortua facta.

Hieronym.

1. salm. 90.



T. VI
22

Prover. 21.

Hanc itaque mulierem nobilissimam, merito laudent omnes, propter vitæ probitatem, & insignes virtutes, proliisque dignitatem, tandemque propter cælestem gloriam, quam hodie assequuta est, summam videlicet laborum suorum mercedem & præmium. Nos quoque fratres charissimi laudemus toto corde & animo, hymnisque dulciffimis beatam Annam genitricis Dei matrem, & Christi dulcissimam auiam omni laude dignissimam, vt Deus, qui beatam hanc Annam tanta gratia donare dignatus est, vt matrem vnigeniti sui in vtero suo portare mereretur, det nobis per intercessionem matris & filie sue propitiationis abundantiam, vt multiplicatis intercessoribus, ad cælestia regna cum ipsis peruenire mereamur: quod nobis concedere dignetur Deus in æternum benedictus, Amen.

RODOLPHI AGRICOLAE FRISII VIRI
Christianissimi iuxta ac eruditissimi, ad D. Annam beatissimam Deiparæ virginis Mariæ matrem.

Encomium.

Aнна parens summa genitrix veneranda parentis,
Qua pandis populis prima salutis iter.
Atque parvis matrem: cuius quem non capit orbis,
Ipse libens subiit viscera casta Deo:
Te cano, tu sancti posco mihi carminis haustus
Ingere, voce sacra peccora nostra rigans.
At mihi si centum sint vno peccore mentes,
Et totidem lingua, tot moueamque sonos.
Nulla tamen te digna queam præconia laudum
Dicere, nec meritis te cecinisse modis:
Exuperat quoniam mortalis carmina laudis
Virtus: qua superas sidera summa poli,
Gloria maior & hac: cui non certauerit vlla:
Quam tibi præ cunctis filia chara tulit.
Filia, quam maius nihil est meliusve creatum,
Germine mortali, filia virgo parens.
Filia, qua summo potuit deducere celo,
Corporis & nostri claudere veste Deum,
Quamque vocat matrem summi sapientia Patris
Et matrem trepidi nos miserumque genus.
Natus ab hac ille est, & matrem natus honorat,
Audit & humanas hac perhibente preces.
Anxia quam nunquam miserorum vota fatigant,
Sed placidam mœstis porrigit vsque manum.
Hancque petit sibi spem: cui nil sperare relictum est,
Hanc portum medio naufragaturba mari.
Visceribus parta est hac Anna tuis: & oranti.
Gaudia magna patri, gaudia fertque tibi.

Salut

Salve sancta parens, & tu nata inclita salve,
 Quas curo, quas pietas, has quoque iungat honor.
 Natam mater amas, & nata mater amavis,
 Laua capit vna duas, vt tenet vnus amor.
 Bis tamen Anna potens hoc partu bisque beata
 Et prolis titulus, nobilis atque tuus
 Conspicuos praestant alios benefacta parentum,
 Tu contra nata nobilitate nites.
 Magna quidem meritum, tuis pietate, fideque:
 Quis neget? at nata hac splendidiora facit.
 Accepitque, refert munus tibi maxims orbis
 Hanc, post dona Dei cui bona cuncta refert.
 Hester quod populum scelcrati fraudibus Aman
 Eruit, & regis micror ira fuit.
 Iudith & Hebrais ferrum flammisque minantem,
 Hostem, tartareas fecit adire domos.
 Laudibus & colitur Iudith, & laudibus Hester
 Semper, & aeternum nomina clara tenent.
 Et tamen exiguos periturus addidit annos
 Vtraque, & haec meriti summa duabus erat.
 Ne vita nec opum fieres ferus arbiter hostis
 Neu natus ferat, aut vxor amata iugum.
 Magna quidem, fragilis sed vitae munera, quaque
 Sint qui habeant, sint qui non habuisse petant.
 Quanto tu maior, quanto felicior Anna,
 Quae das, quo mulier plus nihil vlla tulit.
 Natam qua calos Dominum deduxit aperto,
 Rursus & ad calos hinc patefecit iter.
 Natam quaeq; Deiq; hominum commercia prima,
 Reddidit, & pacis ianna prima fuit.
 Tu felix igitur, & tanta prole beata
 Anna, precor nostras sume benignè preces.
 Quod potes atque facis, natam tu mater adhortans
 Vota simul iuncta, reddite nostra Deo.
 Non erit vt quisquam duce te diffidere votis
 Debeat, oratu fac modo vota tuas.
 Te duce quisque ferat rectos ad sidera vultus,
 Nec timeat vanas inualidasq; preces
 Nil tibi nata negat, nil & negat ille parenti,
 Ille colit matrem, te quoque nata colit.
 Ergo voca matrem te, se vocet illa parentem,
 Tuq; tuum tibi ius, afferat illa suum.

T. VI
22

Iam nihil exposcent mortalia pectora frustra,
Quodq; voles, simul id nata Deuq; volent.
Scilicet hac ita sunt, & non decepta rogantium
Spes facit vt precibus te lachrymūq; petant.
Te cuncti fugiunt morbi, pallorq; dolorq;
Noxia quaq; animo, corpore quaq; sedent.
Quicquid id est, hominum quod curas cordaq; lassat
Te fugit, vt ventos nabilia pulsa solent.
Hinc tibi nomen & hinc veneratio sacra parentis
Et qui te sequitur, maximus orbis amor.
Hinc spectanda nites trepido fiducia mundo,
Nocte velut tumido fulgida stella mari.
Teq; petit sexus, petit aetas omnis & ordo,
Teq; gradus omnes diues inopsq; petunt.
Lubrica tu firmans fortuna muner a prestas,
Ne fugiant nostros lapsa repente sinu.
Et bona que miser hic vite sibi postulat vsus
Aggeris, & rursus iam fugitiua refers
Tu cunctis tu tamen ades, te præsida fidunt:
Quosq; suus metus, & quos alienus agit.
Fidaq; non sperni suspiria mater amantum,
Grataq; pro charis soluere vota tuat.
Certa loquor, magnisq; tibi comperia pericli
Hacq; reu veti carmina reddo mei.
Namq; ferox languor stratis affligerat agrum,
Non vis, non color, aus corpus vt ante manet.
Victor adest morbus, mors ad caput ore cruento,
Horrida terribili concrepat arma manu
Frigore iam febris corpus iam coxerat aestu,
Aestu, quo rapida non calet Aetna magis.
Aestu qui vires, venasq; resoluere omnes,
Quiq; animo tantus, corpore quantus erat.
Concutiens subito mores mentemq; furore,
Verbaq; iam totum mors quoque visa foret.
Illa potens herbis ars, sacraq; cura medentum,
Cessit, & ingenium vicerat omne dolor.
Quid faciam? quid sperem? quem precer? Anna parens hac.
Vt spes vna fuit, sic eris vna salus.
Hæc medicum numen simul attulit, illicet agris
Artibus ac animo vita vigorq; reditq;
Hinc adeo flagrent quouis mea pectora motu,
Ardeat & curis mens animusq; tibi.

Atque premant magna, quantumvis facta ruina,
 Anna vocata mihi dulce leuamen ades.
 Tum mihi certa salus, in te mea vita recumbit,
 Tu dux tu portus: tu requiesq; mihi.
 Te dicent igitur mea carmina, laus tua semper
 Viuet & insigni nomen honore feram.
 Quantum voce queam, quantum contendere lingua
 Quantum animo, quantum flatibus ore chels:
 Laus erit Anna tibi, decus Anna, Annam canet orbis
 Annag, pro sacro numine nomen erit.
 Postq; Deum cui prima redit laus omnis in auum,
 A quo laus decus & gloria cuncta venit.
 Postq; tuam natam: laus est hac summa parentis:
 Tertia stans triplicem qua facis Anna chorum.
 Laus tua dicitur, tua gloria tu quoque semper
 Proxima cum primis iuncta duobus eris.
 Ergo ades & perfer suffuria nostra tonanti,
 Vig, serat placidus crimina nostra roga.
 Posce bonam mentem nobis, & dedita menti,
 Dedita nec vitis corpora feda suis.
 Sint valida vires, sit opum moderata facultas:
 Famaq; quam metuat tangere lior edax.
 Si tamen hac profint, si non, procul omnia sumo
 Et iubeas laxo fundere cuncta sinu.
 Quod satis est calo sit vita: se quoque mortis,
 Non properanda serat, non fugienda dies.
 Purag, velamen quum corporis exuet huius
 Mens teneat summi splendida templa poli.
 Hoc pater Anna veli mundi fac maximus autor.
 Hocq; tue nata natus & ipse velit.
 Hoc sacer amborum velit ardor spiritus, vnus
 Viuum, quique triplex secula cuncta Deus.

D. IOANNIS TRITHEMII ABBATIS SPANHE-
 mensis, viri precipue & eruditionis & pietatis, ad sanctissimæ
 Deiparæ virginis matrem D. Annam supplicatoria Oratio,
 approbata & confirmata per Reuerendiss. D. Raymun-
 dum Apostolicæ Sedis Legatum, Anno Do-
 mini M. D. III.

Salue sanctissima Dei genitricis mater venerabilis Anna. Salue quæ sine
 macula originalis culpæ Dominam angelorum peperisti, quam Dei
 templum corporaliter futuram summo regi consecrasti. Gaude mater
 rex 4 inclyta.

T. VI
22

inclyta, in auam Saluatoris humani generis ab æterno præordinata. Gaude, quæ secundum legem Moyſi viuens innocenter, Omnipotenti Deo complacuiſti in terris, in cuius conſpectu filiz atque nepoti feliciter coniuncta modo ſine ſine regnas in cælis. Et quæ filio altiffimi templum in ſua quondam condidiſti puriſſimum, nunc in eius cæleſti palatio potens eſſe, ut reginæ amantiſſima parens, quicquid uolueris ab ipſo nepotulo facile impetrabis.

Gaude mater ſanctiſſima Anna, quoniam pro tuo arbitrio & uoluntate omnes te cum puritate honorantes, & in hoc mundo & in futuro ſeculo remunerantur à Domino. Tu enim ſeruientes tibi cum pura deuotione copioſe remuneras, indulgentiam poenitentibus impetras, teque diligentes multipliciter honoras. Gaude dulciſſima domina, quoniam ſecundum nomen tuum gratiam te amantiſſimis ab altiffimo pro tua uoluntate potes acquirere, tuiſque cultoribus æternæ felicitatis gaudia obtinere. Gaude nobiliſſima matrona, quæ multis quotidie apud mortales illuſtraris miraculis, dum in his qui nomen tuum inuocant cum deuota fide, complura beneficia oſtendis: dæmones fugas, ægrotudines ſanas, inopiam pauperum releuas, tempeſtates aëris ſedas, maris impetum mitigas, & omnia huius uitæ pericula, ſi fides mereatur poſtulantium, tuis ſanctis meritis alleuias, tentationes carnis deuotius inuocata comprimis, æediam pernicioſamque cordis triſtitiã repellis, uirtutum ornamenta tribuis, & omnium uiciorum incendia extinguis. Nulla denique tribulatio uel tentatio poteſt ſubſiſtere, ſi deuota mens te orationibus ſtudeat inuocare. Cum igitur ô mater ſanctiſſima de potentia tua nullum ſit mihi dubium, quin potenter inuocantibus te ualeat ſubuenire in omnibus, exaudi me ſeruum tui nepotis inuiſtiſſimi regis Ieſu Chriſti, filizque tuæ reginæ cælorum ac ſanctitatis tuæ, quam uis indignum, & ora pro me in cæleſti palatio regem, qui te ut auam ſanctiſſimam diligens honorat, & nihil tibi poenitus creditur denegare. Seruus enim tuus ego ſum. O mater nobiliſſima, qui etſi nihil condigni honoris tibi poſſim impendere, totis tamen affectibus te cupio amare. Igitur ô domina uere ſanctiſſima, per amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti regis æterni te oro, uelut mihi pia ſemper & prompta in omnibus neceſſitatibus meis adiutrix, & mihi tam in uita, quam in morte mitis addeſſe patrona digneris. Ora pro me ad Dominum cui matrem carnis intemeratam peperidi. Impetra mihi omnium peccatorum meorum ueniam, ſanctæ compunctiõnis, gratiam diuini amoris incendium, firmum & inuolabile ſpirituale conuerſationis propoſitum, quotidianum hominis interni proſectum. Impetra mihi ô ſanctiſſima domina interni amoris dulcedinem, ueram cordis mei deuotionem, ſchrymarum fontem, intellectus illuminationem, affectus puritatem, uoluntatis rectitudinem, intentionis bonæ omnimodam ſanctitatem. Age domina mea clementiſſima, impetra mihi in ſancto propoſito perſeuerantiam, in aduerſis conſtantiam, in agendis prudentiam, in moribus diſciplinam, & in cunctis operibus meis Chriſtianam cum humilitate puritatem. Fac me tuis meritis precor mundum cum ſuis uanitatibus pro Dei amore contemnere, tentationes diaboli vincere, carnis illicitos motus reſtringere, atque in Dei & proximi dilectione iugiter ardere. Impetra mihi obſecro

necesse

necessarium presentis vitæ subsidium, sancti regiminis modum, spiritualis sollicitudinis profectum. Custodi me domina hodie & in omni tempore ab insidijs diaboli, præserua me tuis meritis à laqueo peccati, impetra mihi salutem mentis & corporis, libera me ab omni concilio humane prauitatis. Esto mihi semper veneranda comes itineris, auerte pericula cuiuscumque tribulationis. Nulla me vincant incendia libidinis, te protegente nulla me commoueat aura vanitatis. Manentem me in domo mater sanctissima, vt seruum tuum fidelem à malis omnibus protege, sanctis meritis tuis cordis mei instabilitatem restringe, mihiq; serena mentis tranquillitatem impetra, meam salutem vt mater filij cura. Rogo te sanctissima Anna domina mea per amaram Domini Saluatoris passionem, vt me tuis meritis in eius beneplacita voluntate dirigas, seruum ipsius Omnipotentis Dei me fidelem efficias, & in omni necessitate tuis mihi precibus assistas. Vitam meam tibi semper tuendam ô veneranda mater commendo, egredientem in hora mortis de corpore animam meam tibi humiliter committo, & vt mihi clementer adesse digneris in illa terribili hora supplici deuotione exoptulo. Impetra mihi obsecro in tempore obitus maximè, peccatorum meorum veram contritionem, puram confessionem, & perfectam omnium peccatorum remissionem. Sacri quoque Dominici corporis communionem, & venerandam olei sancti inunctionem. Sit, oro, te intercedente, mihi in hora mortis fides firma, spes certa, charitas in omnibus perfecta. Sit mihi humilitas vera, conscientia munda, emigratio per omnia Christiana. Cum verò anima mea iam iam egressura de corpore, mortis ceperit doloribus angustari, tunc mihi ô sanctissima mater Anna, cum filia tua, & nepote ipso Domino nostro Iesu Christo clementer velis adesse, exeuntemq; defendere, egressam verò tuis munitam præsidijs ipsi summo iudici commendare. Cumq; iudicis est acceptura sententiam, tunc vires interpone tuas ô patrona nobilis, ne pœnam incurrat pro demeritis proprijs, sed gratiam inueniat pro meritis tuis. Amen.

IN FESTO VINCVLORVM D. PETRI APOSTOLORUM principis, in Epistolam Paraphrasin & in Euangelium Exegesin require supra in Solennitate Apostolorum Petri & Pauli.

SERMO IN EODEM FESTO.

Obtemperandum esse Ecclesie præfæctis: de auctoritate ecclesie: fidem solam absque operibus non sufficere: denique opera nostra quantum sint meritoria.

Tves Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: & porta inferi non preualebunt aduersus eam. Matth. XVI. Ipsa nos præfens solennitas admonet dilectissimi, vt de illis quæ ad fidem pertinent vobis aliquid loquamur. Illius enim, vt nostis festum agimus diem, qui primus à Christo vniuersalis Ecclesie præfectus est: in qua sola vera est & catholica fi-

des ex-